



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Jodocus Conf. 13. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

13. Dec. VITÆ S A N C T O R V M . 607
precatur, adest ecce hæc ipsa sanitatis primò nuntium matri ferens, tum LVCIA mortis optatissimæ & pro Christo subeundæ. Sic igitur moritura LVCIA cūnium primò testamentum cogitat , & pauperes non jam scribit, sed facit heredes. Id enim verò non ferendum ratus LVCIA sponsus, queritur apud judicem, & sponsæ dotem sibi clamat deberi; hic demum agnoscit in amoribus non se, sed Christum esse. Mox igitur amori ira succedit. Dei nupta lenonibus traditur , mancipiis amoris prostituenda. Sed nequeunt mille manus unam virgunculā, nequeunt funes & plura boum juga de loco, minus de proposito casto dimovere. Ergo farmenta congeruntur, robus accendit. Sed lucet pulchrius ignibus suis LVCIA. Gladio trajicitur ; sed vivit virgo & viros animat , & è flammis Imperatoribus mortem, Syracusanis presentem opem, Ecclesiæ pacem vaticinatur. Denique dum judex in vinculis Romam abducitur capit is damnandus , divino cibo recreata , cælo sidus, ut dixi, inseritur. Sed & tibi illuc adhuc locus est Mariane. Stella & tu es, si virgo es. Fuisti? Ah ! stellam cælo credas decidisse. Ex Surio.

Deus semper pater est; amavit nos fœdos, ut ex fœdis faceret pulchros. Erimus pulchri eum amando, qui pulcher est. Quantum in te crescit amor, tantum crescit pulchritudo; quia ipsa charitas animæ est pulchritudo.
S. Aug. Tract. 9. in Epist. S. Joan.

S. JODOCUS CONF. 13. Decembris.

NOvam litem audite Mariani, quam JODOCVS Angliæ regis filius germano fratri de regno movit , non uter hoc eriperet , sed uter cederet alteri. Fugiebant novo more non opes

Cc 4 domi-

dominos suos, sed domini opes suas, & quam
aliis invitatis mors aufert coronam, ultrò ab his
abjiciebatur. Denique rex sibi videbatur, non qui
regnum coactus adiit germanus, sed JODOCVS,
qui regno subduxit se, & in Galliam aufugit.
Hic ille sibi scilicet imperavit, sed & feris non
multò pòst, quas obsequentes illi cælum voluit
esse. Illud perjucundum accidit, cùm fami pla-
candæ ultimum subsidium panis unicus in penu-
fuit, & hunc in iv. partes à JODOCO sectum CHRI-
STVS alium identidem atque alium pauperem
præferens unus omnes piissimâ fraude asporta-
vit. Negabant id rectè factum esse discipuli. Sed
rectius illos edocuit magister, cùm pro iv. è pane
frustulis, secundo flumine descendere submissas
à cælo totidem naviculas frumentarias ostendit.
Demum sacrîs operanti manus è cælo bene visa
est dicere, quæ quòd terrena regna despexisset,
cælestia promisit. Hæc demum placuere JODO-
CO, potitusque his est anno DCLIII. LX. omnino
annos in tumulo integer, virtute in JODOCO fa-
ciente, quod in viris principibus aliis balsama
faciunt. Ex Flor. Abb.

*Amemus vitam aeternam, & ex eo noverimus,
quantum pro illâ laborare debeamus, cùm videmus
homines amatores præsentis vita sic pro illâ laborare,
ut, cùm venerit metus mortis, quidquid possunt, fa-
ciant, non ut auferant, sed ut differant mortem.
S. August. serm. 64. de verb. Dom.*

SS. NICASIUS EP. & EUTROPIA V. MM.

14 Decembris.

Quid ni animos etiam tu Lector ad pugnam
sumis, toties qui sanguinem Martyrū vides?

Hic

14. D
Hic
dem
jam
gella
fibis
asylo
tium
Attila
exarr
redin
pro H
duce
latus
GINI
Davi
men
tum
parce
oculo
arma
cujus
fugar
pora
dum
certa

Ca
restitu
est. E
vel con
serm.

S
D